MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)

Melk, um 1470

Seite 19v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

oculos humanos mira prorsus sui
post mortem faceret. qui ante mortem eius
quoque cognoscentibus pia opera fecisset.
ut nec ipsi sine lesione laudaretur cul-
pa. quam nec esse credidit. et ideo huic
fletibus non extinxit. Sic quondam
dux ille magnus israhelitice plebis moy-
ses. cum quo sicut scriptura refert loque-
batur dominus facie ad faciem, sicut solet ho-
mo loqui ad amicum suum. et aaron frater
eius sacerdos. propter culpam increduli-
tatis a domino audire meruerit. quia non
credidistis mihi ut sanctificaretis me coram
filiis israhel. non introducetis hos populos in
terram quam dabo eis. ut infirmi-
ores quoque perpendant. quali pena in
ultimo examine districtus iudex de-
linquentes feriat. cum etiam sic eos hic
corrigit. quos in electorum numerum
ante secula predestinavit. Sed de his
hactenus nunc ad intermissa redeamus.

Aderat toto orbe veneranda
dies videlicet precursoris christi
natalicius. et vir dei gravi in-
firmitatis languore oppressus. qui
de somno evigilans cepit astantibus
dicere. Vestibus me induite. et calci-
amenta prebete. Qui licet illum per ex-
cessum mentis putarent talia proferre.
tamen studuerunt obedire. Insuper etiam
pontificalibus indumentis ornatus. cum
omni ut mos est clericorum officio con-
tra spem omnium processit in publicum.
et sic ad ecclesiam beati iohannis baptiste
quam ipse construxerat veniens. tam
diu sine aliquorum sustentatione homi-
num invictus perstitit. donec bis sicut ea die
statutum est, sacra missarum sollemnia
celebravit. Quibus rite expletis con-
sedit. atque coram astantibus clericis
dixit. Huius celebrationem officii non
mearum virium possibilitate. sed ex di-
vina presumpsi iussione, nam hodie
cum dulci quiescerem somno. astite-
runt coram lectulo meo iuvenes
duo aspectu formosi. quorum unus dix-
it mihi Quare non surgis. Debes enim
hodie ad sanctum iohannem missam celebrare.
Cui alter et cetera. Quomodo potest fieri. quia
preter possibilitatem virium adhuc prima
non explevit. Tunc ille qui prius.
surge ait. et secundum sermonem meum in
prefata ecclesia divini officii ministerium
festina implere. quia preter te nullus
ibi cantabit hodie. His dictis abi-
it ad cubiculum. atque imminentem vocati-
onis sue diem letus expectavit. atque
illud psalmiste sepius iterando dicebat.
Quando veniam et apparebo ante faciem
dei mei. Interim dum abeo qui coram
se lectoris fungebatur officio interro-
gatus fuisset. utrum nam pre infirmi-
tatis molestia qua detinebatur. se
de hoc seculo migraturum speraret. et cetera
Certissime scio. quia in brevi de hoc
mundo transiturus sum. Cui cum me-
rens diceret. quem episcopum vellet ad cor-
pus suum sepeliendum vocare. maxi-
me cum nullus comprovincialium antisti-
tum remansisset. qui non esset invita-
tus ad regale in francia colloquium,
ait, nostis terram terre commenda-
re. dei est corporis mei commendatorem

Paucis diebus (providē.
interpositis. in vigilia apostolorum
que illo anno evenit in quinta
feria. certissime se sperabat migraturum
de hac vita. Quod licet nominatim
non exprimeret. verbis tamen quibusdam
aperte ac signis evidentibus declaravit.